



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 25. Silentium est iustitiæ cultus, & lætitiã affert, ad tutu[m]
portum deducit, malitiã extinguit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

qui imponit stulto silentiū, iras miti-
gat. Quę & alijs rationib⁹ & medijs,
vt suo loco dicetur, mitigari queūt.

CAPVT XXV.

*Silentium est iustitię cultus, & letitiã offert,
ad tutum portum deducit, malitiã
extinguit.*

*Silen-
tium
iustitię
cultus.*

PRimū est, quòd silentium sit
iustitię cultus, pax & securitas,
atq; si iustitia nulla ratione meliùs
coli queat, quàm silentio & silen-
tij pace & securitate. Hinc Isa. 57.
19. *Creavi fructum labiorum pacem.*
Clariùs autem hæc tria, coniungit
idē Propheta, Isa. 32. 17. dicens. *Et
erit opus iustitię pax, & cultus iustitię
silentiū & securitas usq; in sempiternū.*
Qui enim alienis negotijs sese non
imiscet & de alijs omnib⁹ (nisi cha-
ritas & officium aliud dicitur) ta-
cet, de eo verè potest dici id, quòd
de Christo Domino dicit Psalmi-
sta, Psalm. 75. 3. *Factus est in pace
locus eius.* & de seipso dicere pote-

rit id Psalm. 118. 109. *Anima mea in manibus meis semper. & legem tuam non sum oblitus.* Quòd verò aliàs, de diuitum huius sæculi felicitate terrena, communis vulgi opinione, Psalm. 143. 14. dicitur. *Non est ruina maceria, neq; transitus, neq; clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hac sunt.* Hoc de hominis silentis, spirituali, integro, vagabundis & garrulis minime per uio ædificio, dici non minùs rectè poterit. Est itaq; silentium iustitiæ, pacis & sempiternæ securitatis quasi contuberniũ, ubi Prou. 15. 15. *Secura mens quasi iuge conuiuium.* Quòd & sequenti numero patebit. & ex cap. 29. num. 3.

Secundùm ergò est, quòd letitiam affert, & in optimum portum deducit. Proverb. 23. 15. *Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor tuum: & exultabunt renes mei, cū locuta fuerint recla*

labia tua. Et Prou. 15. 23. *Letetur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus.* Clariùs verò & apertiùs id tradit David, Psalm. 106. 30. *cùm inquit, Letati sunt quia filuerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

Mali-
tiam
extin-
guit.

Tertiùm est, quòd malitiam extinguat. Hinc Eccli 19 5, *Qui odit loquacitatem extinguit malitiam.* Sicut vice versa, Prou. 17. 20. *Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum, & qui vertit linguam incidet in malum.* Vertit linguam qui ea à bono ad malum vtitur; vel qui peruersa loquitur. Vide de hac re plura suprà cap. 14. num. 3.

CAPVT XXVI.

Monasticam vitam silentij necessitas aliquibus suavit, exemplo cuiusdam militis; silentium est murus religionis; neq; silens perditioni est obnoxius, sed perfectionis argumentum præbet.

Primò, ob huius necessitatem quendam militem monasticã

vitam